

HEGUMENUS DIONYSIUS (SHLENOV)

## DE EDUCATIONE THEOLOGICA ET CLASSICA<sup>1</sup>

УДК 378.14.014.13 (811.124)

### *Аннотация*

В Московском государственном университете 7 декабря 2016 г. по инициативе кафедры Классической филологии состоялась IX Международная конференция «Классическая филология в контексте мировой культуры. Новолатинская традиция в Европе. Научные чтения, посвященные памяти О. Д. Никитинского». В сообщении говорится об особой роли в классическом образовании как Греческого кабинета, так и библиотеки Московской духовной академии. Приобретение основной части собрания иностранной литературы в университетах Западной Европы оказывается частью этого образовательного процесса. Значимость высокого идеала классического и богословского образования подчеркивается эгзегезой Пс. 45, 9. Автор выражает надежду, что изучение древних языков, которые так необходимы для глубокого и осмыслиенного понимания богословия и святоотеческой традиции, станет неотъемлемой частью духовного образования.

*Ключевые слова:* классическое образование, изучение древних языков, латинский язык, богословие, эзегетика.

*Sodales carissimi et honoratissimi!*

Propositum mihi est de bibliotheca et de eorum studiis Graecis Latinisque vobis narrare, qui in Academia Theologica Moscovensi versantur. Hodie bibliotheca nostra de novo, a capite ad calcem, restauratur iam sex annis

<sup>1</sup> Особую благодарность выражаю А. И. Соловову, заведующему кафедрой Классической филологии МГУ, и П. Н. Лонгану, студенту отделения Греческой христианской литературы МДА, за редактирование латинского текста данного сообщения, а также латинского перевода «Гимна о поздней античности» для «Материалов конференции». См.: *Dionysius (Schlenus), hegumenus. Hymnus de Antiquitate infima // Классическая филология в контексте мировой культуры – IX. Новолатинская традиция в Европе. Материалы Международной конференции, посвященной памяти Олега Дмитриевича Никитинского*. М., 2016. С. 122–126.

progradientibus. Pro initio causaque restaurandi habuimus illos libros (numero quinquaginta tria milia), qui per sex annos, separatis oneribus, ex variis universitatibus Europae occidentalis importabantur. Libri illi, in capsulis iacentes neque in schedulas relati, onera mortua sunt, quod nos ad bibliothecae illum statum mutandum excitavit. Verumtamen hoc Europaeum incepturn ortum est vicissim ex incepto Graeco continuato. Multo tempore ante, priusquam in Europam Occidentalem profectus sum libros petitum, peregrinatus eram discendi, venerandi, cognoscendi causa per Graeciam, unde multos libros collegi et ad Academiam rettuli. Potissimae disciplinae, ad quas libri importati pertinebant, sunt theologia et patrologia et byzantinologia et philologia classica. Ut hoc unum afferam, cum in Cyprus anno MMVII proficiserer, invitatus sum quondam ab incolis alicujus vici, ut die Martis hebdomade paschali prima eam terram, quae neque Graecorum nunc est nec Turcorum visitarem, unde propulsi sunt ipsi, qui habitavissent illic usque ad annum MCMLXXI. Rogavi matrem familias, quae per longum tempus anus facta est, liceretne libros scholasticos de Graeca lingua scriptos a pavimento tollere, cui rei “certe” respondit. Proinde anthologias et vocabularia primo in museum Graecorum studiorum gerebam, deinde illic in bibliothecam Academiae transtuli. Libri Latini largo flumine in bibliotheca quoque aggregi coeperunt. Universitates Bibliothecas in Hispania, Germania, Britannia, Batavia, Italia nobis visitantibus optio data est, ut singula de duplicitibus exemplaribus librorum caperemus, quorum multi Latine scripti sunt, exempli gratia: Florilegii magni seu Polyantheae floribus novissimis sparsae libri viginti: opus a Dominico Nano Mirabello Bartholomaeo Amantio et ceteris ex auctoribus cum sacris, tum profanes vetustioribus et recentioribus collectum, Francofurti, anno MDCXXVIII; Tractatus canonico-moralis de sacramentis pars III: De sacra ordinatione, Taurinorum Augustae, anno MCMXXXV.

Memor sum diei, mensis Octobrism anno MMVII, quo latinistam, philosophum, theologum Hispanum Hermenegildam conveni, qui omnes libros Latinos, in museo suo in Universitate Eliberritana (Granatae) asservatos nobis tradere desideravit, quorum erant ducenta exemplaria chrestomathiae Latinitatis mediaevalis recentisque novem variorum graduum, ex tertio subterraneo tabulato bibliothecae deprompta. “Omnes”, inquit, “egregii latinitiae mortui sunt, et ego moriturus sum”. Cuius tristis dicti vera significatio

non eo spectat, ut senectutem suam exprimat, sed, ut incolae Ruteniae certiores fiant Latinam linguam non florere hactenus in eis locis, quibus incubabula ipsius humanitatis Latinae Hispaniae posita sunt et ipsi student hunc thesaurum servare.

“Lege”, inquit, “et cape quamvis multos libros. Ecce testamentum tibi”. Post, delectus meos annuebant “optime” interdum dicens. Ad ultimum dixit mihi, “donare tibi volo triptycha”. Dum cogitabam, quomodo animi illius egregii viri offensam evitarem, nam sane non possem tecum in Patriam referre picta triptycha, honestus vir ostendit, quid in animo haberet. Triptycha sunt dicta Christiana in tres partes divisa, evangelicae invocationes et Latine et vulgo scriptae. “Populi Hibernus libros legere desiit, atque ego coepi triptycha scribere. Eheu, et textus breves iam non legunt, quamobrem obtestor: auferte ea in Ruteniam”…

Volo vos animadvertere magni momenti esse libri Europaeos saeculi praeteriti decenniis tertio quarto quinto impressi, qui nusquam in bibliothecas Sovieticas relati sint. Itaque linguae Graeca et Latina in Academia Theologica Moscoviensi alteram domum invenerunt.

Singularem attentionem merebant illi libri Graeci Latinique, qui de theologia simulac de philologia narrant. Theologia sine textibus, fontibus, sine imbuendo vigente elemento Christiani verbi, valde abstracta et non satis vigens fit. Textibus legendis theologia transfiguratur. Exempli parvuli gratia: rogatur, quomodo Russice tradatur Psalmi XLV versus IX: σχολάσατε καὶ γνῶτε ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός? Qui duo habet interpretamenta, secundum duo principias significaciones dictionis “σχολάζω”: primum, si vertamus “vacate”: ita fit, ut se absolvete liceat de mundo ad Deum cognoscendum. Sic in Vulgata: “Vacate et videte quoniam ego sum Deus”. “Η ἀρχή τοῦ κατὰ Θεὸν βίου ἡ καθόλου τοῦ κόσμου φυγή”<sup>2</sup> (i.e. “principium vitae secundum Deum absoluta de mundo fuga est”) secundum sanctum monachum XI saeculi Nictan Stethatum. Deiectio a mundo monasticae traditioni propria est, et Laurae, ubi Academia Theologica sita est. Sed σχολάσατε quoque rem significat: “discatis”. Versus igitur sibi vult non Ascēsim monachorum significare, sed theologicam in Laura traditionem. Hoc psalterii exemplo patet, quid a saeculo ad saeculum Ecclesia proferat, nempe, species

<sup>2</sup> Niceta Stethatus. Centuria 1, 2.

*HEGUMENUS DIONYSIUS (SHLENOV)*

philosophiae, quam antiqui persequi tempatabant, et quae, ut nobis videtur, in Christianitate solum plena luce apparent.

Denique, ut acroasim meam parvam concludam, videntur mihi bibliotheca et “museum” Graecum, de Academia inseparabilia, quandam “exegesim” esse Scripturae Sanctae et traditionis, sine qua theologica eruditio fieri non potest.

*Abstract*

**Dionysius (Shlenov), hegumenus. De educatione theologica et classica**

In the Moscow State University, on December 7, 2016 the Department of Classical Philology held an international conference called “Classical Philology in the Context of World Culture – IX. New Latin tradition in Europe. Scientific readings in memory of O. D. Nikitinsky”. The present publication reports on the special educational role of the Greek Studies department and the library of MThA. An important part of the process of education is the acquisition of foreign literature in the universities of Western Europe. The significance of the high ideals of classical and theological education is emphasized by the exegesis of Ps. 45, 9. The author expresses the hope that the study of ancient languages, which are so necessary for a deep and meaningful understanding of theology and patristic tradition, become an integral part of theological education.

**Keywords:** classical education, study of ancient languages, Latin, theology, exegesis.